

**ANTONIUS REVICZKY**

ELEMENTA PHILOSOPHIAE NATURALIS PARS ALTERA  
(TYRNAVIAE, 1758). DISPUTATIO PRIMA. DE URANOLOGIA.  
PARS PRIMA.

**ANTON REVICKÝ**

ZÁKLADY PRÍRODNEJ FILOZOFIE (TRNAVA, 1758).  
PRVÁ DIŠPUTA. ASTRONÓMIA. PRVÁ ČASŤ.

Edidit · Preložila **KATARÍNA KARABOVÁ**

**OPERA  
LATINO-SLOVACA  
ELECTRONICA**

**TRNAVA, 2024**

Recenzenti:

prof. PhDr. Vasil Gluchman, CSc.

Mgr. Stanislav Šišulák, PhD.

JUDr. PhDr. Tomáš Klokner, PhD., MBA, univ. doc.



© Mgr. Katarína Karabová, PhD., Filozofická fakulta Trnavskej univerzity  
v Trnave 2024

ISBN: 978-80-568-0695-1

Táto publikácia je čiastkovým výstupom z vedeckého grantu KEGA č.  
007TTU-4/2022 Filozofické diela z produkcie historickej Trnavskej univerzity  
(1635 – 1777) ako svedectvo pokrokového vedeckého myslenia v slovenskom  
milieu v 18. storočí.

## OBSAH

Úvodná štúdia	4
Antonius Reviczky: <i>Elementa philosophiae naturalis pars altera</i> (Tyrnaviae, 1758). <i>Disputatio prima. De uranologia. Pars prima.</i>	11
Anton Revický: <i>Základy prírodnej filozofie</i> (Trnava, 1758). Prvá dišputa. <i>Astronómia. Prvá časť.</i>	45
Edičná poznámka	88
Bibliografia	90
Obrazová príloha	93

## Anton Revický a jeho dielo *Základy přírodnej filozofie (Elementa philosophiae naturalis)*

Mnohí bádatelia, ktorí sa venujú skúmaniu školskej filozofie 17. a 18. storočia, sa zhodujú, že filozofia v tomto období slúžila predovšetkým ako príprava na štúdium teológie. Tento názor sa zakladá na pravidlách stanovených jezuitským vzdelávacím systémom definovaným v dokumente *Ratio studiorum*, ktorý predstavoval normu jezuitského vzdelávania. *Ratio studiorum* kladlo dôraz na pevné základy v humanitných vedách, pričom osobitný význam sa pripisoval filozofii a teológii. Táto zásada sa prvýkrát objavila už v roku 1541 v dokumente *Fundación de collegio*, ktorý stanovil hlavné línie jezuitského školského poriadku.<sup>1</sup> Pri bližšom pohľade na scholastiku ako filozofický systém, ktorý ovplyvnil filozofické dianie aj na historickej Trnavskej univerzite, treba zdôrazniť, že scholastika bola úzko prepojená s antickou filozofiou. Jej obdobia sa tradične odvíjajú od zmien v dominancii rôznych filozofických smerov. V jej ranom období, datovanom od 9. do konca 12. storočia, prevládala novoplatonizmus. Naopak, v 13. storočí sa do popredia dostal Aristotelov filozofický systém.

V prvom období scholastiky, od vlády Karola Veľkého po Tomáša Akvinského, sa filozofia nepovažovala za samostatný vedný odbor, ale skôr za úvod do vedy a základ všeobecného vzdelania. Filozofické témy sa spracúvali na základe kresťanských a polokresťanských autorov, ako boli Boethius, Porphyrius či sv. Augustín. V druhom období scholastiky, keď vrcholil intelektualizmus, sa filozofia spolu s teológiou stala

<sup>1</sup> KOLÁČEK, J., SJ: *Ratio studiorum. Genese – struktura – hlavní cíle*. In: Jezuitské školstvo včera a dnes. Trnava: Ústav dejín Trnavskej univerzity v Trnave – Teologická fakulta Trnavskej univerzity v Bratislave, 2006, s. 27.

samostatným odborom s vlastnými problémami, metódami a autoritami. Dokonca sa etablovala ako univerzitná disciplína, ktorá získala pevné miesto v akademickom prostredí.<sup>2</sup>

Počas stáročí ovplyvnených scholastikou sa objavili viacerí filozofi, ktorí, prejavujúc určitú mieru liberalizmu, predkladali slobodomyselné filozofické názory. Tento trend zodpovedal duchu doby, no nemožno ho striktne označiť za revoltu voči Cirkvi. Dejiny vedeckého a filozofického myslenia sú tak úzko prepojené, že ich násilné oddelenie by narušilo ich zrozumiteľnosť a celistvosť.<sup>3</sup> Filozofické myslenie 14. až 16. storočia sa vyznačovalo zvýšeným formalizmom, ktorý vyvolal pochybnosti nielen o vtedajších hodnotách, ale aj o samotných životných cieľoch. Tento skepticizmus pramenil z nedostatku poznania, čo viedlo k spochybňovaniu dovedy nemenných právd spoločnosti. Postup človeka v rôznych vedných odboroch zároveň posilnil význam vedy, čo v 17. storočí vyústilo do osvietenského hnutia v Európe.

Jednou z najvýznamnejších školských inštitúcií v našich dejinách bola Trnavská univerzita, založená v roku 1635 Petrom Pázmaňom, ktorá bola zverená do správy jezuitského rádu. Jej pedagogická činnosť sa logicky riadila jezuitskými školskými predpismi a podliehala prísnyim pravidlám. Výučba filozofie na jezuitských univerzitách sa však líšila od výučby na gymnáziách, kde filozofia slúžila ako propedeutika, čiže úvod do systematickej filozofie a príprava na univerzitné štúdium. Podobný charakter výučby filozofie možno sledovať aj na historickej Trnavskej univerzite. Počas prvých desaťročí jej existencie bola filozofia podriadená teológii. Až do reformy v roku 1753 sa filozofia vyučovala v troch ročníkoch, neskôr v dvoch. Prvý ročník bol zameraný na logiku,

<sup>2</sup> RÁDL, E.: *Dějiny filosofie. Starověk a středověk*. Praha: Votobia, 1998, s. 349 – 350.

<sup>3</sup> KOYRÉ, A.: *Od uzavřeného světa k nekonečnému vesmíru*. Praha: Vyšehrad, 2004, s. 9.

druhý na fyziku a tretí na metafyziku a psychológiu. Učebné osnovy predpisovali nielen konkrétne diela, ale aj metodiku výučby, ktorá zahŕňala čítanie a komentovanie originálnych textov. Základ filozofickej výučby predstavovala Aristotelova filozofia. Jeho diela odporúčal aj dokument *Ratio studiorum*, avšak iba v súlade s katolíckou vieroukou. Ak sa niektoré jeho názory od tejto doktríny odchyľovali, bolo potrebné tieto body jasne identifikovať a vyvrátiť. Takýto prísny prístup sa v jezuitskom školskom systéme zachovával ešte aj v roku 1832.<sup>4</sup> Zaujímavým obdobím v rámci našej témy je záverečná fáza existencie Trnavskej univerzity, keď aj v oblasti filozofie dochádzalo k istému myšlienkovému uvoľneniu. Filozofiu na Trnavskej univerzite vyučovali predovšetkým teológovia a dogmatici, ktorí kládli veľký dôraz na rešpektovanie autorít a prísne hodnotili výroky podľa miery ich pravdepodobnosti.

Jedným z profesorov, ktorí sa v 18. storočí v Trnave venovali výuke filozofických disciplín, bol Anton Revický. Životné osudy tohto filozofa a prírodovedca predstavujú istý prototyp jezuitského vzdelanca 18. storočia. Anton Revický sa narodil 17. januára 1723 v maďarskom Novom Meste pod Šiatrom. Do Spoločnosti Ježišovej vstúpil 14. októbra v roku 1738 vo Viedni, kde strávil nasledujúce dva roky v noviciáte. Potom odišiel do Skalice študovať spoločenské náuky a v rokoch 1742 až 1744 študoval na univerzite v Trnave filozofiu. Ako magister vyučoval gramatiku a humanitné náuky na gymnáziách v Pasove (1745) a v Bratislave (1746 – 1747). Neskôr študoval matematiku na univerzite vo Viedni (1748 – 1749), teológiu v Trnave (1750 – 1753) a tretiu probáciu si robil v Banskej Bystrici (1754). Na univerzite v Trnave pôsobil ako profesor matematiky, filozofie a histórie v rokoch 1755 až 1759. Do

<sup>4</sup> KARABOVÁ, K.: *Význam filozofie v ambicióznom systéme jezuitského vzdelávania*. In: *Jezuitské princípy utvárajúce univerzitné vzdelávanie*. Zborník vedeckých prác. Eds. Miloš Lichner, Kristína Grendová. Trnava: Trnavská univerzita v Trnave, 2014, s. 40 – 50.

zrušenia jezuitského rádu pôsobil v Budíne ako rektor rehoľného domu, správca farnosti a prokurátor domu (1760 – 1773). Po zrušení rehole v roku 1773 bol farárom a generálnym vojenským vikárom v Budíne. Od roku 1756 bol profesorom so štyrmi sľubmi. Zomrel 15. decembra 1781 v Budíne.

Z uvedeného máme možnosť spoznať, že s Trnavskou univerzitou ho nespájajú len študentské roky, ale aj jeho pedagogické pôsobenie. Revický na Trnavskej univerzite prednášal všetky časti vtedajšej filozofie (logika, metafyzika, fyzika, matematika) a napísal ich učebnice. Spolu s A. Jaslinským a J. Ivaničom otvoril novú etapu vyučovania filozofie na základe prenikania výsledkov moderných prírodných vied. Pravdepodobne spolu zostavili učebnicu matematiky, kde naznačili snahu o vedecké vysvetľovanie učiva. Okrem toho je autorom rozsiahlej učebnice fyziky, ktorú rozdelil na časť všeobecnú a špeciálnu. Usiloval sa v nej aplikovať svoje chápanie filozofie ako praktického poznávania príčin a súvislostí javov, uplatniť racionálne pochopenie a prirodzený výklad prírodných javov. Podrobne spracoval botaniku, ako jeden z prvých na Slovensku písal o rastlinnom pohlaví, systematicky triedil živočíchy a zaoberal sa ich rozmnožovaním. Popri tom komponoval aj oslavné reči a náboženské práce. Vo svojej vedeckej spisbe sa opieral o vzťah medzi filozofiou a prírodnými vedami v období, keď sa racionalizmus a empirizmus stretávali s pokrokom v astronómii a fyzike. Zameriaval sa na filozofické dôsledky Kopernikovho a Keplerovho modelu, ako aj na názory významných filozofov, ako boli Descartes, Gassendi a Newton.

V diele *Základy prírodnej filozofie*, druhá časť alebo *Špeciálna fyzika*, konkrétne v prvej dišpute venovanej astronómii, Revický prezentuje dôkladný a systematický prístup k výučbe astronómie a filozofie,

pričom dôraz kladie na integráciu tradičných poznatkov s racionálnym skúmaním. Jeho spôsob spracovania témy astronómie v rámci špeciálnej fyziky je charakteristický nasledujúcimi aspektmi:

1. Systematická metóda a syntéza vedomostí: Revický sleduje syntetickú metódu, kde na základe všeobecne stanovených princípov (všeobecná fyzika) prechádza k detailnému skúmaniu konkrétnych javov (špeciálna fyzika). Astronómia je podľa neho súčasťou širšieho rámca prírodných vied zahŕňajúceho aj kozmológiu, meteorológiu či mineralógiu. Tento prístup je logický a pedagogicky zameraný na postupné budovanie vedomostí študentov.

2. Dôraz na rôzne svetové systémy: autor v úvode k astronómii predstavuje tri hlavné svetové systémy – ptolemaiovský, Tychovej a Kopernikov – pričom ich analyzuje z fyzikálneho, astronomického aj filozofického hľadiska. Kriticky posudzuje ptolemaiovský systém, jeho obmedzenia, ako je komplikovanosť a neschopnosť vysvetliť niektoré astronomické javy, čím reflektuje vývoj vedeckého myslenia v 18. storočí. Tychovej systém popisuje ako kompromis medzi tradičnými a modernými názormi, pričom uznáva jeho význam, no zároveň poukazuje na nedostatky, najmä na jeho zložitosť. Napokon sa Revický prikláňa k jednoduchosti Kopernikovho systému, pričom uznáva jeho vyššiu schopnosť vysvetliť astronomické javy. Avšak v súlade s dobovým prístupom ho prezentuje skôr ako hypotézu než absolútnu pravdu, aby sa vyhol konfliktu s teologickými a cirkevnými autoritami.

3. Dôraz na vzdelávanie a prístupnosť: Revický si uvedomuje, že jeho dielo slúži predovšetkým ako učebnica pre študentov filozofie a astronómie. Preto kladie dôraz na zrozumiteľnosť a štruktúrovaný výklad, čím sa snaží sprístupniť zložité astronomické koncepty začiatočníkom.

4. Hoci Revický diskutuje o pokročilých astronomických systémoch, zachováva postoj, ktorý rešpektuje náboženské doktríny. Napríklad Kopernikov systém prezentuje ako hypotézu, ktorú možno prijať, ak je v súlade s fyzikou a matematikou. Tento postoj odráža dobové snahy o zmiernenie konfliktu medzi vedou a vierou.

5. Autor využíva fyzikálne princípy na vysvetlenie astronomických javov, ako sú pohyby planét, ich dráhy a zákony prírody. Jeho dôraz na paralaxu, pohyb planét a gravitačné zákony ukazuje jeho záujem o prepojenie fyziky a astronómie, čo bolo v súlade s osvietenskými myšlienkami rozvoja vied.

Z didaktického pohľadu Revický usporiadal učivo systematicky tak, aby poskytol pevný základ študentom, ktorí sa budú látkou zaoberať. Tento prístup je v súlade s vyššie spomenutými zásadami jezuitskej pedagogiky prezentovanými v *Ratio studiorum*, kde výučba filozofie mala podporiť teológiu a ďalšie vedy. Vyzdvihnúť treba aj schopnosť autora zhodnotiť rôzne astronomické systémy a upozorňovať na ich silné a slabé stránky, čo poukazuje na jeho dôkladnú erudíciu. Hoci bol Revický jezuitom, prejavuje osvietenského ducha v tom, že podporuje racionálne skúmanie a vedecké poznanie, čím prispieva k rozvoju vzdelanosti v Uhorsku.

Z predmetnej analýzy Revického diela vyplývajú aj isté špecifiká jeho vedeckého a filozofického uvažovania, napríklad v prelome heliocentrického modelu, ktorého filozofické dôsledky sa dotkli aj trnavských filozofov. Zmeny vo vnímaní miesta človeka vo vesmíre, ktoré vyvolali otázky o zmysle a štruktúre prírody, vnímame aj u Revického. Hodnotí ich však trpezlivo a kriticky, pričom uvádza vedecké authority. Vo vzťahu medzi racionalizmom a empirizmom poukazuje Revický na spory o metódy poznania a základy prírodných zákonov s dôrazom

na prístupy Descartesa a Newtona. Podobne hodnotí vývoj konceptu mechanického vesmíru, kde kladie dôraz na význam Newtonovej fyziky a dôraz na kauzalitu, ktoré ovplyvnili filozofické debaty o slobodnej vôli a determinizme. Zaujímavý je aj pohľad nášho autora na filozofiu a náboženstvo cez prizmu moderných vedeckých teórií. Revický uvádza konkrétne príklady, ako katolícki a protestantskí učitelia, akými boli Riccioli a Galileo, začlenili nové vedecké poznatky do kresťanského svetového názoru. Svoj pohľad autor v diele orientuje aj na tzv. kopernikovskú revolúciu a jej vplyv na vnímanie vesmíru, ako aj na kauzalitu a mechaniku vesmíru podľa Newtona a jej filozofické implikácie. Ďalšou dôležitou oblasťou jeho analýzy je vnímanie stretu medzi racionalizmom a empirizmom so zameraním na Descartesa, Gassendiho a ďalších mysliteľov a vzťah vedy a náboženstva, najmä reakcie Cirkvi na heliocentrizmus a nové koncepty vesmíru.<sup>5</sup>

V závere tohto stručného úvodu dodajme, že Revického dielo predstavuje významný príspevok k pedagogike a vedeckému mysleniu na Trnavskej univerzite. Jeho vyvážený prístup k astronómii ako kombinácii tradície a nových poznatkov, spojený s rešpektom k teológii, odráža jeho schopnosť prispieť k rozvoju prírodných vied v rámci intelektuálneho prostredia 18. storočia. Aj preto je namieste sa prekladu a analýze jeho diela venovať podrobnejšie aj v budúcnosti s prihliadnutím na doteraz publikované práce v tejto oblasti.

<sup>5</sup> DRIMAJ, M.: *Významné osobnosti filozofie na historickej Trnavskej univerzite*. In: *História a poslanie filozofie na Trnavskej univerzite*. Ed. Andrej Démuth. Kraków: Towarzystwo Słowaków w Polsce – Trnava: Trnavská univerzita v Trnave, 2012, s. 13 – 30.

**Elementa philosophiae naturalis pars altera seu Physica particularis in usum auditorum conscripta ab Antonio Reviczky e Societate Jesu, philosophiae doctore eiusdem in Universitate Tyrnaviensi professore publico ordinario.**

**Tyrnaviae, Typis Academicis Societatis Jesu, anno MDCCLVIII.**

PROOEMIUM

Methodum Syntheticam secuti a corpore naturali in genere spectato, eiusque tam primis, quam secundis qualitibus, quod Generalis Physicae erat, qua licuit expositis, corpus in particulari contemplaturi, ad Physicam Particularem transgredimur. Principia hactenus dedimus, quibus doctrina de speciali quacunqu corporea natura innitatur deinceps, aditum ad cognitionem phaenomenorum singularium apparavimus, nunc praemonstratum ante iter in contemplandis particularibus insistemus. Ab his velut obiectis suis nomen haec pars Physicae sortita, non minus, ac generalis illa attentione summa digna est; imo amplius, quando non iam summatim, verum speciatim effectus, proprietatesque cuiuslibet nature expendens, ad excolendas, perficiendasque artes communi reipublicae bono perquam necessarias facit proxime. Novi equidem, latissimo scientiae huius campo vel decurrendo vitam ipsam Philosophi imparem et brevem admodum esse, nec id agimus, ut singula pertractemus. Nostri id erit muneris, ut, quoniam cuncta iam sua in capita Maiorum nostrorum dispescuit industria, quae tironibus in perscrutanda natura, uberius quondam fortasse versaturis, quoddam

praeberent fundamentum viamque ad penitiora panderent, nos ea ex ordine methodo, quam hactenus secuti sumus, exequi adlabore.

Physica haec complures numerat partes, quarum praecipua: cosmologia a nobis non paucorum exemplo metaphysicae attributa, uranologia, staechologia, mineralogia, meteorologia, phytologia, zoologia, tandem anthropologia, quas omnes contracto, quantum rei difficultas siverit, stylo, nec tamen eo, quo hic memoravimus, ordine pertractabimus, sed in quinque disputationes partiti, nihil quod seu ad utilitatem, seu ad eruditionem, seu ad iucunditatem facit, praetermisuri.

Prima igitur Uranologiam, altera Staechiologiae partem, nempe terram, aquamque suis cum phaenomenis, ubi Mineralogiae; tertia eiusdem partem aliam, ignem videlicet, aeremque expendemus, ubi Meteorologiae locus erit aptissimus; quarta Phytologiam contemplabimur, plantarumque notiones notabiliores exequemur; quinta denique Zoologiam et Anthropologiam discutiemus, in quibus omnibus Physicos nos esse, non Mathematicos bene memores, tironum captui ed accomodare adnitemur.

## DISPUTATIO PRIMA

### De Uranologia

Uranologia ea pars physicae appellatur, quae coelorum atque caelestibus in spatiis constitutorum corporum naturam, proprietatem, vires, motus explanando persequitur ac in motionum causas, vicissitudines pendetiaque ab his phaenomena inquirat. Horum porro debito ex ordine et ad faciliorem intelligentiam accomoda magis tractatio id cumprimis exigere videtur, ut ante omnia mundanorum corporum situs et certa ad se invicem dispositio, expositis variorum authorum sensis et hypothesis pertextatur. Id vero non pauci cosmologiam uranologiae praeposcentes ubertim praestant, nos autem, qui universam pene de mundo doctrinam solis exceptis systematibus, in metaphysica executi sumus, haec disputationi huic servavimus, proprium uranologiae existimantes, ipsum corporum coelestium sitam definire. Itaque parte prima in systematum veritatem, secunda in coeli coelestiumque corporum naturam inquiremus.

## PARS PRIMA

### De mundi Systematibus

#### ARTICULUS PRIMUS

##### Praeviae notiones

Rerum appellationumque quarundam notionem hic velut in vestibulo damus, ne phaenomenorum dein explicatio earum expositione interturbetur, praecipuae quorumque usus frequentior sunt sequentes: Stellae fixae ea sunt sidera, quae eandem ad se invicem distantiam servant; stellae errantes, seu Planetae, quae hanc ipsam mutant per curvam lineam in se redeantem, iam accedunt ribi, iam recedunt, quae idcirco orbita Planetae dicitur. Orbita haec soli, aut terrae concentrica est, si solis, aut terre centrum ipsius etiam centrum agat, alias excentrica nuncupatur. Sic T.1, fig. 1. quia ellipsis AB ab centrum in C sol[is] vero in F, orbita haec excentrica soli est et per lineam FC excentricitas mensuratur. Aphelium a. illud orbicae punctum est, in quo planeta maxime a sole distat, peribelum A. contra; in quo proximus est, quodsi planetae distantiam respecto telluris species, punctum remotissimum Apogaeum, vicinissimum perigaeum appellatur: uno vero nomine puncta haec anges, aut apsides dicuntur et remotissimum quidem a apsis summa, proximum A apsis ima; linea vero utrumque coniungens Aa, linea apsidum est.

Iam coniunctio planetarum, quae et synodus eorum vocatur, est, dum duo sub eodem signo Zodiaci conspiciuntur; oppositio contra, dum sub oppositis e diametro videntur; coniunctio autem et oppositio

simul Syzygiae compellantur. Quodsi planeta secundum seriem Zodiaci signorum procedat, ab ariete in taurum, dein geminos etc. directus audit; retrogradus autem, quasi rediens, cum contra signorum ordinem movetur, a tauro in arietem, ab hoc in pisces etc. Stationarius denique, cum longiori tempore sub eodem signo spectatur. E planetis sol et luna semper directi, stationarii, aut retrogadi nunquam sunt, at reliqui nonnunquam e directis stationarii, dein retrogadi, ac iterum stationarii efficiuntur.

(2) Porro astrum alteri puncto coeli respondet, si e centro, ac alteri, sic superficie telluris aspiciatur; sic enim T. I. fig. 2. planeta in B, spectatori ex superficie terrae A videbitur esse in b et hic locus opticus, vel apparens nominatur; alteri vero ex centro C aspicienti referetur in a et hic locus verus, aut physicus ab Astronomis dicitur, arcus autem ab distantiam loci exhibeas parallaxis appellatur. Distantiam loci veri a vertice V. merittur angulus V Ta, loci vero optici angulus VAB, quorum differentiam metitur angulus ABF, aut illi ad verticem oppositus: nam cum angulus A externus aequalis angulo T. et B internis, igitur si angulus T subtrahatur ab angulo A, manet differentia angulus B, qui idcirco angulus parallacticus vocatur. Quodsi T.1. pg.3. astri C iam opticus locus in linea horizontali sit in D, erit locus verus in G, arcus proinde G D parallaxis; ponatur dein atrum altius in M, erit locus apparens in H, verus autem in O et parallaxis O H, qui arcus quia minor priore est, patet, parallaxim astri semper minui, quo id assurgit alcus et sicut maximam esse in horizonte, ita nullam in verticali linea A quoniam linea a centro cum linea a superficie docta concurrat.

Pari ratione minor est semper parallaxis, quo sidus remotius a terra, ita stellae E parallaxis est DF. hinc consequitur, si stellae a tellure distantia sit magna nimis, parallaxim sensibilter saltem nullam esse.



Plures adhuc parallaxium species distinguit Mathels, sed quae ad physicum institutum exiguum faciunt; unde has, ut reliquas quaspiam notiones, praetermittimus, eas tamen, sicubi usus tulerit, exposituri.

## ARTICULUS SECUNDUS

### Phaenomena explicanda

(3) Cum systematis nomine hic non aliud intelligatur, quam ea huius universi, partiumque eius constitutio dispositio, quae motibus caelestibus et phaenomenis, accuratis plurium seculorum observationibus detectis, accomodata Gt, idcirco hac ante adducenda videbantur, quam ipsa variorum authorum statuta systemata, ut e cuius mente naturae conformius explicentur, salventurque dispiciamus. Phaenomena haec sequentia sunt:

[Pri]mo. Sidera cuncta circa tellurem moventur, aut saltem moveri videntur.

[Secun]do. Eadem praeter motum communem, seu diurnum, quo spatio 24. horarum ab oriente in occidentem abripiuntur, propriam etiam, seu periodicum habent motum ab Occidente in orientem, cumque celeritate inaequalem, at Saturnus 3.0, Jupiter 12, Mars 2. annis, sol anno periodos suas conficiant; Venus autem mensibus octo, Mercurius tribus, Luna uno circulos compleant; denique ipsae stellae fixae multis annorum millibus nempe 25 920. iuxta Astronomorum calculum indigeant.

[Ter]tio. Unus, idemque planeta nunc Stationarius, nunc directus, nunc retrogradus est. [Quar]to. Idem praeterea iam maior, iam minor, iam perigaeus, iam apogaeus observatur.

[Quin]to. Denique non eadem ubique tempestas, nec eadem eius vicissitudo: varia dierum, noctiumque longitudo.

Haec omnibus certa, alia, quia ab omnibus non admittuntur, hic praetermittimus suis singula locis relatori.

In haec ab omni aevo intenti Philosophi, varias inivere vias, quibus motuum coelestium congruam redderent rationem; ex his tria potissimum systemata celebrantur, ad quae reliqua facili ratione reducuntur, quae nos totidem articulis referemus. Neque tamen talia existimanda sunt, quae difficultatibus omnibus plene satisfaciant: nam de eo hic argumento agitar, a cuius evidentia vel ipsa astrorum a nobis nimia distancia separamur, ut iure sacer textus Job. 38. humano ingenio haec investiganti velut illudat: numquid nosti ordinem coeli, et pones rationem eius in terra? Unde systema nullum prae aliis thesis instar propugnare consultissimum rati, in eo adlaborabimus, ut expositis omnium fundamentis difficultatibusque non modo Tychonicum, quod solum quidam volebant, sed Copernicanum et quidem prae aliis, ut hypothesis sustineri posse ostendamus.

## ARTICULUS TERTIUS

### Systema Ptolemaicum

(4) Claudius Ptolemaeus e Regia Ptolemaeorum stirpe ortus Alexandrinus Philosophus, Astronomiae praesertim et Geographiae eruditione seculo post Christum natum secundo clarus systematum uni nomen dedit non eo, quod ipse invenerit, verum quod a veteribus Graecis repertum, dein a posteris neglectum, non modo a vetustate vindicaverit at rite etiam ordinatum auctumque adeo excoluerit, ut non aliud magis ad saeculum usque XVI. in scholis Mathematicis aequae ac Philosophicis floruerit.

E veteribus namque, teste clarissimo Ricciolo in Almag[estum] nov[um] l. 9. sect[io] 3. Pythagoras cerraquam immobilem statuit, supra quam coelos velut circulos concentricos primum quidem Lunae, cum Mercurii, dein Veneris, tandem Solis, Martis, Jovis, Saturni, denique firmamentum, seu fixarum stellarum caelum constituit; quanquam Stanleius His[toria] Phil[osophiae] p.8, discipl[ina] Pythag[oreorum] p. 2 sect[io] 6. a Pythagora, eiusque asseclis ignem in centro mundi positum asserat. Post hunc tellurem immotam fusos inter coelos medium locum occupare existimaverant Archimedes apud Macrobius l. 2. in somn[io] Scip[ionis] Cicero in hoc somnio, Plinius His[toria] Nat[uralis] l. 2. quin communis stantis terrae fuisse opinio, ipsis adeo poetis recepta videtur ex eo Ovidii Fast[i] l. 6. versu: Stat vi terra sua, vi stando vesta vocatur.

(5) Hos secutus Ptolemaeus

[Pri]mo. in medio universi terram stare contendit, quae primum aere, cum sphaera ignis undequaque ambiatur.

[Secun]do. Supra ignis sphaeram statuit caelos, Eudoxo consentiens, solidos concentricos, eosque singulos pro singulis Planetis hoc ordine, ut in coelo sphaerae ignis proximo Luna, dein Mercurius, cum Venus, supra hanc Sol, Mars, Jupiter, Saturnus moveatur.

[Ter]tio. Supra hos planetarum caelos coelum stellarum fixarum collocat.

[Quar]to. Singulis sideribus duplicem motum tribuit, unum communem circa mundi polos ab oriente in occidentem, alterum proprium singulis, etiam stellis fixis (cum Timocharis et Hyparchus Astronomi ex stellae primae in corno arietis observatione has etiam moveri animadverterint) quem astra singula circa polos Zodiaci ab occaso in ortum peragane, eo tardius, quo remotius a terra sunt posita.

[Quin]to. Quem duplicem motum ut commodius salvaret, supra firmamentum statuit coelum nonum et primum mobile compellavit, quod motu suo ab ortu in occasum reliquos coelos abriperet.

[Six]to. Cum vero saeculo XIII. Alphonsus Castellae rex, alique motum stellarum fixarum non aequalis semper velocitatis esse, sed interdum cardiore, non raro velociorem observarint, ut diversitatis huius causam redderent, novum coelum inter firmamentum et primum mobile construxerunt, quod crystallinum vocare placuit, eique librationis, seu trepidationis motum tribuerunt, ita, ut dum coelum hoc ab occasu in ortum libratur, motum firmamenti, qui etiam ab occasu in ortum est, adiuvet, sicque motum fixarum tunc acceleret, dum contra crystallinum ab orto in occasum libratur, praedictum firmamenti moram nonnihil impedit et fixas stellas retardet. Verum cum iterum observatum fuisset, maximam ecclipticae ab aequatore declinationem non

fuisse seculis omnibus aequalem, sed 24 minutis variasse, Peurbachius at Regiomontanus aliud rursus caelum crystallinum adstruxerunt, eique motum librationis a meridie in septentrionem contra attribuerunt, ita, ut librationis huius termini intra spatium 24. minutorum consistant; atque hinc fieri censebant, quod eccliptica communicato ab hoc coelo sibi impetu ex una interdum parte magis deprimatur, sicque ab aequatore magis distet.

[Septi]mo. Ut denique sitam stellae directam, retrogradum et stationarium explicaret Ptolemaeus, coelo cuiusvis planetae, circulos minores terrae extentricos, quos epicyclos compellavit, addidit et apogaeum, perigaeumque astrum a diversis huius circuli partibus repetiit: quae omnia in T.1. fig.4. conspicias.

(6) At systema hoc a modernis Astronomis adeo reiicitur, ut iam nemo sit, qui velut hypothesim propognet. Et profecto in hoc non modo quaedam cum Astronomicis, alia cum Physicis rationibus adversantur, sed inter se ipsa pugnancia adferuntur. Namque si rationes Physicas spectemus, ut sphaeram ignis aerem ambientem, fictitiam et absque ullo seu in ratione, sive sensibus posito fundamento dicere praetermittam, quis credat, per tot coelos solidos et delissimas crystallos tantum ad nos solis lumen propagari? Cum experientia constet, vitra complura etiam diaphana maxime, ubi componuntur, opaca fieri? Quis motum illam primi mobilis rapidissimam concipiat? Quis raptum aliorum caelorum explicet? Nam cum convexa inferioris pars concava superioris parti adhaereat, si utraque laevigata sit, unum coelum a primo mobili sine altero movebitur, atque sic motus diurnus non subsistet; sin utraque aspera et partes invicem commissae, eundem omnes motum etiam propriam habebunt, observante Gassendo Phys[ica] l. 1, sect[io] 2, c. 1.

Quod vero Astronomicas attinet: certum est Martem interdum nobis esse sole viciniorem, modo remotiorem et Venerem modo ultra, modo citra solem cerni, cum tamen huius orbita infra. Martis supra solem constituatur; stellas praeterea fixas alias aliis remotiores esse, Astronomis exploratum est, quod firmamenti Ptolemaici ratio non admittit.

Neque argumenta e SS. Literis petita systemati huic roboris quidpiam adferre valent, ut cum Jobi c. 37. v. 18. dicitur: Tu forsitan cum eo fabricatus es caelos, qui solidissimi, quasi aere fusi sunt. Haec enim non a Spirito S. sed ex errore Eliud Jobum de insipientia male arguentis profluxere, qui post paulo ob inscitiam reprehenditur his verbis: quis est iste, involvens sententias sermonibus imperitis et Gen. 1. versu 610. Caelum quidem firmamentum vocatur, quo tamen nomine e mente interprecum non soliditatem, sed stabilitatem solum significari constat: ut ita, quam in hoc desideramus systemate constitutionis universi verosimilitudinem, in aliis investigare nos oporteat.

## ARTICULUS QUARTUS

### Systema Tychnicum

(7) Non temporum seriem, sed systematum convenientiam secutus Ptolemaico Tychnicum subiicio, quod suam appellationem sortitum est a Tychone Brahe, Nobili Dano, qui non minus ingenii praestantia, quam laboris assiduitate Christiano IV. Daniae Regi et Rudolpho II. Imperatori carissimus seculo XVI. in arce sua Uranibargo, quam in Huenma insula maris Baltici, tanquam observatorium quoddam ex Aruxerat, Astronomix cotus addictus prae ceteris floruit. Hic cum vidisset systema Ptolemaicum cum rationi, cum experientiae, Copernicanum autem authoritati scripturae, complurium eruditorum etiam opinione, adversari, Ptolemaicum reformavit aut potius retenta ex hoc telluris quiere, solisque motu novum conflavit, cuius praecipua capita recensemus.

(8) Terram [Pri]mo in medio universi immotam locavit, circa quam in circulo eidem concentrico Luna moveatur ac dein remotius Sol in alio circulo maiore, pariter tamen terra concentrico, at planetae reliqui, nempe Mercurios, Venus, Mars, Jupiter at Saturnus in suis singulis circulis terrae excentricis, soli autem concentricis volvantur; supra omnes denique caelum stellarum fixarum, sed terraque concentricum, motuque lentissimo latum statuit.

[Secun]do. Caelos cum planetarum, cum stellarum fixarum fluidos esse primum detexisse, sphaerasque veterum crystallinas confregisse. Tychnonem Purchotius testatur, eo quod cometas traicere per rherea pacii, Mercuriumque, ac Venerem iam ultra, iam citra solem ferri monstraverit.

[Tert]io. Quoad tempus, quo planetae et stellae fixae motum suum ab occasu in ortum peragunt, cum Ptolemaicis Tycho consentit.

[Quar]to. De motu vero diurno, quo planetae ab ortu in occasum feruntur, Tycho tacuit, unde nonnullis occasio existimandi data, eum telori motum quidem annum negasse, diurnum camen tribuisse; contra quos tamen Tychonici plerique vel primum mobile supra firmamentum collocant, quo cota mundi machina abripiatur; vel Lunam, Solem et spheram fixarum praeter motum periodicum ab occasu in ortum, habere motum ab ortu in occasum secundum circulum aequatori parallelum volunt; quinqu porro stellas errantes reliquas in occasum a sole abripi, qui sit illis primi mobilis instar quae omnia quantum licuit in T. 1. fig. 5 expressimus.

Quoniam vero alterius non progressu Tychone statio, directio et retrogradatio planetarum explicanda superabat, cl[arissimo] Kepleras felici invento, quod obviis ulnis amplectuntur Tychonici, hac parte etiam systema excoluit. Cum enim omnem planeticam regionem a sole sic abripi adverteret, ut ipsa axis sui parallelismum nihilominus conservaret at motu simul proprio circa solem moveretur, ex his abductionis et conversionis motibus tertium componi ostendit, nempe spiralem. Sic enim T. 1 fig. 6. tellus in T. circulus solis SS. SS. ac Planeta v.g. Jupiter ex A procedat in C. secundum signorum seriem, erit directus, sed pergens in D erit Stationarius et neque secundum neque contra seriem signorum movebitur, ubi denique progressas fuerit in E, retrogradus apparebit, quoniam contra signorum seriem agitur. Huiusmodi porro spiras orbitis planctarum complures adtraunt Tychonici, sed eo minores, quo remotior a sole planeta fuerit.

(9) Verum cum systema hoc difficultatibus non exiguis laborare et pene satisfacere animadvertisset pater Joannes Baptista Ricciolus, vir

a Chronologia Astronomiaque reformata et Almagesti novi editione longe celeberrimus, Bononiensis Collegii S. J. Mathematicus, has, ut qua poterat, levaret, dictum systema aliquantis per mutavit, quod ab aliis Semi-Tychonianum, ab aliis de eius nomine systema Riccioli appellatum est. In eo differta priore, quod solem pro centro Mercurii duntaxat, Veneris Marcis statuat, Jovis autem et Saturni orbitas terrae concentricas esse velit, tum quod Saturnus et Jupiter non minus suos habeant satellites, quam sol Mercurium, Venerem et Martem, cum quod Saturnus et Jupiter colum solis nunquam ingrediantur, cur sicut illud Mars, Venus et Mercurius in perigaeo positi subeunt, unde Martem maximum solis satellitem dixit. Tum quae Tychonici praecipue a Copernicanis obiici solent, dispiciamus.

(10) Haec bifariam dividunt et Tychonicum systema neque Physicis, neque Astronomicis rationibus satisfacere contendunt. Et Physicis quidem non congruere probant.

[Pri]mo. Fieri nequit, ut unum idemque corpus duobus motibus contrariis simul feratur atqui planetae apud Tychonicos et in ortum motu annuo et in occasum motu diurno et quidem eodem tempore moverentur.

[Secun]do. Experimentis saepius et accuratissime omni repetitis exploratum esse dicunt, gravitatem corporum prope aequatorem minui, quod nos iam Disp[utatione] 3, p. 2. A[rticulus] de grav[itate] insinuavimus, nam in Hist[oria] Acad[emiae] ad annum 1700, refertur Richerius in Cayena gradibus 4 ab aequatore distante insula 1672 primus observasse, horologium suum pendulum cardius ac Parisiis moveri, ut ita pendulum linea una et quadrante contrahendum fuerit, in transactionibus Philos[ophicae] soc[ietatis] Reg[iae] Londin[ensis], idem ad 1734. de Haileio habetur, quod is in insula S. Helenae brevius semialtera

linea reddere pendulum suum coactus sit, quorum ratio in Tychonico nulla reddi possit, facilis autem in Copernicano, in quo cum terra motu diurno moveatur, in plagis sub aequatore positus, utpote a centro remotis maxime, vim etiam centrifugam maximam esse oporteat.

[Ter]tio. Mersennus in Epist[ula] ad Cartes[ianum] testatur globum e tormento bellico perpendiculariter in aera eiectum non modo non recidisse perpendiculariter, sed perditum etiam esse, quod nisi terra moveatur, fieri repugnat.

[Quar]to. Denique facendam omnibus esse, in systemate Tychonico pleraque implicare, per ambages, nec nisi difficultate summa exponi, ut adeo Deo et naturae omnia plana, simplici et compendiosa via agenti adversari omnino videator.

(11) Sed non desunt ad haec Tychonis asseclis sua responsa ad primum quidem reponunt cum Regnault Phys[ica] T[ractatus] 3, Dis[putatio] 17 motus hos planetis convenientes alterum communem esse et a primo mobili procedere, alterum propriam ab occasu in artum adeoque directe oppositos et impossibiles non esse; quia dari eos persaepe ab instantia probant, dum quis in navi, versus orientem mota, versus occidentem pergat, alii astrorum motum reipsa unico motu absolvi dicunt, nempe spirali versus occasum, quo non per circulos aequatori parallelos, sed oblique et per spiras, ab Austro in Boream et vicissim declinando feruntur, quem tamen motum claritatis gratia per duplicem exponere illis mos sit. Ceterum ab hoc motu duplici salvando nec ipsos Copernicanos immunes esse, ut apud quos terra triplici saltem motu moveatur et fiat persaepe, ut e tormento globus versus occasum eiiciatur, simul tamen motu terrae in ortam feratur.

Ad [secun]dum. Tardius universim oscillare pendula ob maiorem adaequorem viciniam, negant Tychonici, siquidem teste ipso Wolfo in

Elem[enta] Astr[onomiae] § 666. Granada ab aequatore 7. gr. et 11 min. remotior, quam Cayena et tamen utrobique aequaliter pendula oscillare compertum est, quin licet Gorea ab aequatore 14. gr. 40. min. distet ab aequatore, Cayena vero tantum 4. gr. attamen Goreae imminuendum pendulum est, ut aequales, ac Cayene oscillationes faciat: denique clarissimus Amort[ius] Notit[ia] de System[ate] univer[si] sect[io] 1, c. 5 ex observationibus variis constare testatur, pendula aequali celeritate ferri Baione loco sub latitudine 43. gr. Parisus sub latitudine 48. gr. Uranoburgi sub latitudine 55. online gr. At sua singulis in hanc rem observationibus, quarum catalogum texuit clarissimus p[ater] Froelich Dial[ogus] de fig[ura] tell[uris] p. 1. constet veritas, negant primo variationem penduli ob imminutam gravitatem oriri, sed quod longitudo penduli a regionum illarum calore notabiliter augetur, prout apud Newtonum Princ[ipia] Phil[osophiae] Math[ematica] l. 3. ad prop[ositionum] 20 Piccardus expertus dicitur, virgam ferream pedem longam calore ignis una quarta parte lineae auctam esse, et clarissimus de la Hire idem ex calore solis aestivi factum notavit. Denique et gravitatis imminutae, si forte esset, rationes reddant, vel enim vis aeris externi dissolvendis aliquantum durissimis corporibus in regionibus illis aptus est, quod Boerhaavius Elem[enta] Chem[icae], T[ractatus] 1., p. 494. de America perhibet, dicens: aer adeo efficax in rodendo est, ut tegulas aedium, lapidea corpora, metalla fere omnia consumat, ut Britanni de aere Bormudensi uno ore restantur; vel agitator ibi aer ob maiorem calorem gravium actionem aliquantisper impedire potest, ut ita motus terrae ad haec salvanda minime requiratur.

(12) Ad [ter]tium. A Mersenno memoratum experimentum refutant cum clarissimo Amort Phys[icae] Part[es] p. 4. q[uaestio] 2. ab ipso Cartesio repetito vicies et amplius experimento, quo denique globum

recidere expertas est; quod idem 1727 quidam Regis Galliae officiales Argentorati eodem successu recentarunt, ut apud Trevolcenses ad Mens[em] August[um] 1728 videre licet. Quod vero versus occasum globus calis plerumque recidat, id vento in superiori aeris regione, ut plurimum ab oriente flanti attribuunt, quem tamen non a terrae revolutione, sed a rarefaciente orientis solis calore effici existimant.

Ad [quar]tum. Denique facentur quidem cum cl[arissimo] Ricciolo, imo et duce suo Tycho tam in astrorum moribus, quam aliis phaenomenis exponendis difficiliorem, intricatiorem molestioremque se at Copernicanos faciliorem, planiorem, commodioremque inivisse viam, neque tamen ideo falsam esse suam hypothesim, quando non semper veriora, quae faciliora, neque Deus et natura, imo ars ipsa in operibus suis compendio studere debent, sed supremus ille rerum author eas pro sua ordinat voluntate. Nil agunt ergo adversarii, nisi aut falsitatem systematis, aut compendio minimo rem totam Deum expedite voluisse ostendant.

(13) Argumenta vero ab astris petita, quibus impugnantur Tychonici, sequentia sunt:

[Pri]mo. In systemate hoc incredibilis ac immensa fere velocitas stellarum fixarum sequeretur, cum stella in aequatore posita secundum ipsius Riccioli calculum uno minuto secundo, seu uno arteriae pulsu per 552 186 milliaria. Italica rapi deberet, ubi contra, si terra circa axem revolvatur, eodem computante interea nonnisi passus 266 conficeret.

[Secun]do. Viae planetarum ita inter se implicantur a Tychonicis, ut via Martis per viam solis, Veneris et Mercurii ducatur.

[Ter]tio. Sub finem seculi prioris Flamstedius Anglus observavit, stellam polarem non semper aequae distare a vertice, Callinus item

Sirium non eandem semper altitudinem tueri, e quibus nonnulli parallaxim annuam colligunt, quae terra stante salvari nequit.

(14) Reponunt Tychonici ad [pri]mum: se, celeritatem tantam pene inconceptibilem esse, non inficiari, neque tamen ideo impossibilem dicere, ut cum et corporibus motus unus prae alio non competat et Dei Omnipotentiae tardiolem aut velociorem producere motum perinde sit.

Ad [secun]dum: eandem esse posse multorum planetarum viam contendunt, praesertim in liquido absque omni perturbatione. Ad [ter]tium: hoc argumento motum terrae omnino non evinci, prout idem David Gregory astronomiae in Anglia professor, licet Flamstedii popularis Astr[onoma] Phys[ica], l. 3. pro Ricciolo, contra quem Flamstedius disputabat, pronunciavit, siquidem ex observationibus dictis parallaxis evinci non possit. Quia ipse Cassinus Junior in animadv. in Epist[ula] Flamstedii, fatetur, observationes illius alias congruere cum parallaxi, alias repugnare. Certe Astronomi peritissimi, Manfredius in Transact[ionibus] Phil[osophicis] n. 406 Volfius in Comment[ariis] Acad[emicis] Bon[ensis] T[ractatus] 1 parallaxim fixarum ex nulla observatione hactenus colligi posse contendunt et ipse Cassinus apud Trevolcenses ad Mens[em] Nov[embrem] 1722 profitetur, observationes suas pro argumento demonstrativo se minime vendere. Quod vero fixarum aberrationes observatas attinet, eas ex inaequali radiorum, ob frigus aut calorem medii, refractione ex mutatis ob solam aeris temperiem instrumentis aliisque adhuc de causis repeti posse Tychonici apud Amortem loco citato et cl[arissimus] a Brixia Phys[ica] Part[icula] p. 2 Diss[ertatio] 4, sect[io] 5 contendunt.

## ARTICULUS QUINTUS

### Systema Copernicanum

(15) Et veterum quidam et recentiorum nonnulli, cum tam varios astrorum motus et periodorum leges tellure immota detegere earumque rationes explicare omni adhibita industria se posse desperarent, in contrarium deviarunt et primum quidem tellure circa axem suum versabili, dein sole in medio posito illaque circa illam acta, coelestium corporum motus explanaturos se feliciter existimarunt.

In illis Plutarchus l. 3, c. 13. numerat Heraclidem Ponticum et Ecphantum Pythagoreum, qui motum cerae rotae instar ab occasu in ortum tribuerunt. Tullius autem Q[uestiones] Acad[emicae] 4. c. 39. Nicetam Syracusanum docuisse meminit, si terra circum axem summa celeritate convertatur, eadem futura omnia, quae fiunt, si stante terra coelum moveatur. Hoc idem sensisse Platonem Laertius l. 3. v. 75. eius sensa singula accurate expendens memorat, quem dein iam seniore tellurem e centro universi movisse, etiam Plutarchus in Numa perhibet, dum dicit: iam natu grandem paenituisse ferunt, quod terram prius in universi medio, non vero in loco suo collocasset. Sententia istorum terram in medio universi circa suum axem revolventium ita, ut astris motum diurnum, non tamen periodicum denegarent, inter recentiores etiam suis non caruit sequacibus, ut quam praeter Origanum Longomontanus Gilbertusque defendere.

Alii tamen, qui soli in centro mundi locum, telluri vero circa eandem motum tribuere, complures censentur. Leucippum inventorem hypothesis laudat Theon Smyrnaeus at ex mente Aristotelis Stobaeus in

Ecl[ogae] Phys[icae] atque Plutarchus l. 2. c. 13. Philolao Crotoniati in Italia Pythagorice philosophanti si non inventae, promotae certo gloriam tribuit et testatur: Philolaum igni medium tribuisse locum, quod sit quasi focus universi et terram in orbem circa ignem circumferri obliquo. circulo, quibus Laertius l. 8. § 85. consentit adnotans: Philolaus primus dixisse fertur terram in orbem moveri. Huic adiungit Archimedes in libro de arenae numero Aristarchum Samium, qui e veterum philosophorum voluminibus, hypothesim construxerit, qua terram ferri in gyrum circa iacentem in medio solem statuit.

(16) Opinio haec quam vetusta, tam ferme privatos inter alumnos parietesque constitit et Aristotele regnum Philosophicum obtinente pene interierat, ni per S.R.E. cardinalem Nicolaum Cusanum l. 2. de docta ignor[rantia], c. 11. dignitate, ita eruditione longe celebratissimum sub initia saeculi XV. illustrata non modo revixisset, sed et attentionem quorundam clarorum sapientia virorum emerisset. Erat hos inter praecipuus Nicolaus Copernicus, Torunensis Borussus, Varmiensis subinde in Polonia canonicus, qui post impensos huic systemati, omnigena observatione emendando, annos omnino 30 ita excoluit, ut non modo dignus fuerit, quem Romae sententiam suam exponentem innumerus pene accederet auditor, sed et qui Paulo III. Pontifici Maximo systema suum iam typis excusum dicere auderet, simplicitate sua atque exacta cum calculis et observationibus insperata concordia nominatissimos ei addidit sectatores: Joachimam Rhaeticum, Mestlinum, trium imperatorum Mathematicum Keplerum, Cartesium, Hugenum, Gassendum, qui inventis eius non sine plauso quaequam de suo addidere, quod tamen impedit minime, quin ab eo systema nomen Copernicani obtinuerit.



Minus feliciter sequela haec cessit Galilaeo, celebri m[agistro], Hetruriae Ducis Mathematico, qui dum opinionem hanc 1616 sub Paulo V. a Cardinalium inquisitorum congregatione proscriptam et 1633 sub Urbano VIII. damnatam acrius defenderet, a praedicta Congregatione cicatus, auditus reusque declaratas, iustas est sententiam hanc eiurare et post carceres, triennio quot hebdomadis septem Psalmos paenitenciales recitare, prout haec in Riccioli Almagest uberius legere, si placet, potes. Neque tamen laudata Congregatio posteris vetitum voluit, quo minus systema hoc faltem, ut hypothesim, sequerentur, cuius praecipua capita inspecto Iconismo Tab. I., fig.7. facilius intelligenda haec sunt:

(17) In hoc systemate primo. Sol in medio universi immocus consistit, quem proxime ambit Mercurios, qui circa illum periodum suam ferme trimestri spatio absolvit, dein sequitur Venus, quae intra 8. Menses cursum perficit, post Venerem est magnus orbis, in quo terra moto annuo circa solem volvitur, circa quam ipsa luna velut in epicyclo intra mensem circumagitur, post orbem terrae succedit circulus Martis, quem is biennio fere peragit, hanc excipit caelum Jovis ac dein Saturni ita, ut Jupiter intra 12. Saturnus vero intra 30 annos periodam suam absolvant. Praeterea quemadmodum luna circa terram vertitur, sic Jovi 4 sunt lunulae, sive satellites, 5 autem Saturno. Post quae omnia immenso intervallo caelum stellarum fixarum immotum sequitur.

Secundo. Cum motu solius terrae omnia pene phaenomena Copernicani salvare adnitantur, quadruplicem terrae motum tribuunt, nempe motum diurnum, seu orbis, motum annum seu centri motum, declinationis seu parallelismi et motum praecessionis aequinoctiorum. Motus diurnus est, vi cuius terra unacum vicino aere, se undique ambiente, circa suos polos et axem intra 24 horas orientem versus volvitur,

ut aliam semper sui partem soli et stellis fixis obvertat et eripiat, unde non solum dies noctesque ac diversi solis et stellarum aspectus oriuntur, verum etiam videmur nobis cum terra nos ipsi stare solemque et stellas ab occasu in ortum currentes intueri, non secus ac qui tranquillo et aequabili cursa navigant, ipsi quidem immotos se stare at montes, urbes aliaque id genus moveri existimant, prout de se Aeneas apud Virgilium Aeneid, l. 3. proficetur:

Provehimur portu terraeque urbesque recedunt.

(18) Motus annuus est, vi cuius terra circa solem intra dies 365 et horas sex orbem magnum ab occasu in ortum percurrit, sic tamen, ut motus hic non sic omnino soli concentricus, sed modicam excentricitatem patiat. Atque hoc modo sit, ut sol Zodiacum decurrere videatur, dum enim terra inter arietem v. g. et solem posita est, sol in libra apparet, quod si vero inter cancrum et solem sit, sol in capricorno conspicietur, verbo dum terra signa Borcalia decurrit, sol in Australibus commorari existimatur. Per eundem motum apogaeum et perigaeum solis salvant, cum circulum hunc excentricum dixerint. Motus declinationis est, vi cuius terra ita suum circulum decurrit, ut axis terrae non minas in annua ac diurna revolutione tam sibi ipsi, quam axi mundi seu aequatoris semper sit parallelus et ab axe mundi quidem 23. gra. et 30. minutis, ab axe eclypticae autem 66. grad. et 30. min. distet atque hac ratione in easdem semper caeli pacoes poli terrae obvertantur. Fit iam hinc, ut solitae anni tempestates dierumque vicissitudines stato tempore redeant. Motum autem hunc parallelismi, exemplo turbinis a ludente in pavementum deieci ibidemque gyrantis declarant.

Motus denique praecessionis aequinoctiorum parallelismum ita tuetur, ut tamen modicissimo spatio mutet situm et motu tardissimo, ut nempe fere 25 200 iuxta calculum Cassini apud Muschenbroeck

Elem[enta] Phys[ica] annorum spacio circa polos Zodiaci circulum aliquem describat, contra signorum seriem, nempe ab ortu in occasum, cuius circuli secundum Copernicum semidiameter sit 23. gra. et 30. min. Ex hoc motu, de quo iam olim Hyparchus opere peculiari tractasse perhibetur in Mem[oria] Acad[emiae] 1708. duo deducunt: intersectiones ecclipticae et aequatoris seu puncta aequinoctialia transferri in praecedentia signorum puncta, unde et motus hic nomen sortitus est, dein stellas fixas apparenter moveri in signa consequentia, hoc est ab occasu in ortum. Alia de his motibus vide apud Ricciolum laudatum loc[o] cit[ato].

Porro quod ad revolutiones planetarum eorumque diversos situs attinet, hic citra epicyclos facilitate magna explicantur, id unum notandum: planetas superiores Saturnum, Jovem, Martem, utpote a sole remotiores, tardius cursum suum absolvere, quam terram, qua tamen Mercurius et Venus, quia illi propiores, citius feruntur. Hinc etsi haec oculorum deceptio utrobique ex inaequali planetarum cum terra comparatorum celeritate oriatur, non eadem tamen, sed diversa explicandorum situum horum est ratio. Sic enim T. 2. fig. 1. terra in t. et sequatur planetam unum e superioribus, hic conspectus in d. apparebit directus, iam terra, quae velocius movetur, pertingat in c. dum planeta veniat in a. quia ad idem caeli punctam referetur, Stationarius apparebit, promoveatur dein terra in c. et planeta in d. planetam oculus in g. referet et sic retrogradus erit, demum si terra perveniat in k. planeta in l. quia iterum ad g. referetur, Stationarius iterum videbitur.

(19) Quodsi iam Planetas inferiores spectemus, sit T.1. fig. 8. Mercurius, qui quia celerius, quam terra, movetur, conficiat circulu L M N O G, donec terra percurrat arcum T B C D E F. Sit igitur terra in T. Mercurius in G. existens referetur ad coeli punctum H, iam dum terra

in B. procedat, ille in L. pertinget et quia secundum signorum ordinem referetur in P. directus erit, veniat iam terra in C. Mercurius in M. iterum ad idem punctum referetur et Stationarius dicetur, iterum terra in D progressa, Mercurius in N. perveniens referetur in Q. et retrogradus apparebit, in E. igitur denuo Stationarius, denique in F. iterum directus. Iam cur sol lunave nunquam retrogradi, aut stationarii sint, inde liquet, quod sol ideo progredi videatur, quia terra progreditur, cum itaque haec semper procedat, sol stans aut retrogradus videri nequit, luna autem quia circa terram tanquam suum centrum movetur, semper ad consequens punctum referetur. Denique quia radii, per quos planetae retrogradi videntur, cum radiis, per quos directi visi sunt, se in centro planetae intersecant et dein divergentes eo maiorem arcum in caelo fixarum intercipiunt, quo ab hoc remotiores et terra propiores sunt, manifeste consequitur, Saturnum a terra remotissimum, arcum retrogradationis minimum, maximum Martem habere, quia terrae vicinissimus est. Quae explanatio planior utique, quam ulla alia.

Haec eadem suo in systemate Cartesias profitetur, nisi quod solem circa suum axem in suo vortice revolvi dicat, ab hoc autem vortice planetas omnes telluremque ipsam ab occasu in ortum abripi, in hoc praeterea magno vortice minores vortices planetis reliquis attribuit et Jupiter ac Saturnus satellites suos suo in vortice secum devehunt, tellus autem in vortice suo elyptico lunam. In ceteris Copernico consentit.

## ARTICULUS SEXTUS

Utrum alteri praeferendum?

(20) Expositis systematum Tychonici praesertim Copernicanique fundamentis, eorum phaenomena explicandi ratione difficultatibusque illius iam perspectis, huius autem mox adferendis, quemadmodum neutrum ut thesim propugnare ausim, (ad quod minime sufficit, ut factis suppositionibus phaenomena cuncta rite feliciterque explicentur, verum ut et ipsae suppositiones subsistere, aut saltem phaenomenis in nullo alio systemate atque hoc, satisfieri posse ostendatur, quorum neutrum hoc in argumento praestitum est hactenus) ita neutrum erroris arguere est animus, quando et Tychonici sua, nec improbabiliter, tuentur sensa. Quodsi tamen, utrum altero in explicandis naturae phaenomenis commodius statuendum denique, nullus dubito

(21) Asserere Tychonico praestare Copernicanum. Asserti rationem reddo: systema concinna serie, minus impedito rerum ordine, conformi naturae simplicitate atque ipso adeo facili compendio prae reliquis commendatum, utique reliquis iure praeferendum est, atqui his omnibus communi fere eruditorum consensu suoque, modo animo libero perspiciatur, merito ceteris eminet Copernicanum, quid ni ergo omnibus aliis iure suo ante ponendum? Quid namque simplicius unius telluris motu? Quo tamen plurimi, implexissimi apud alios astrorum motus explicantur, incredibilis illa celeritas fixarum in motum facilem commutatur, tam varius siderum raptus, tam contrarii motus, tanta epicyclorum

spirarumque vix evolvenda contorsio multitudoque, tanta semitarum centrorumque variatio felicissime evitatur, ut in nullo systemate aptius faciliusque seu observationes Astronomica instituantur seu demonstrationes apparentur seu operosissimi alias calculi conficiantur.

Certe vel ipsorum adversariorum sensa, quae si faveant, luculentissima sunt veritatis testimonia, hypothese huic eiusque auctori nonnisi summae laudi existimationique vertunt. Ipse Tycho suis in scriptis, quae vulgaverat, quanti eam fecerit semper ex elogiis, quibus Copernicum cumulavit, elucescit. Ricciolus, teste de Chales, ab hypothese hac quam alienissimus eamque qua potuit insectatus, non modo Almag[estum] nov[um] l. 9., sect[io] 4. c. 4. in id prorupit encomii, ut futurum pronuntiaret, ut posterum nunquam satis admirarentur Copernicana mentis celsitudinem et pectoris profunditatem ingenique acrimoniam, qui unius globuli (quantula est tellus, respectu coeli totius) motu eoque triplici praestitit, quod non sine insanis sphaerarum machinis maxima ante illum Astronomorum pars vix adumbrare poterat; verum nullas ipse tabulas omni etiam epicyclorum, spirarumque apparatu advocato confecerit, quae vel mediocriter observationibus respondisset, nisi e systemate Copernici terrae motum attribuisset, ut proinde miro motuum ordine, facili explanatione, perfecta cum natura congruentia, ipsorum adversariorum testimonio nostra affatim firmetur sententia, quod idem, ubi mox opposita resolvemus, patebit amplius.

(22) Obj[ectiva] argumenta ab Astronomis petita: [Pri]mum. Si terra circa solem movetur, mutaretur altitudo poli, nec eadem stellae verticales semper apparent, cum iuxta dicta ob motum praecessionis aequinoctiorum, axis mundi circulum describeret. [Secun]dum. Incredibilis foret stellarum fixarum a tellure distancia atque nullo fundamento et pro libito asserta. [Ter]tium. Qui e fundo profundi putei stellam

vertici imminet aspiceret, in ictu oculi ea visui eriperetur, cum ictu oculi ipse ad maius spatium proveheretur, quam sit latitudo purei, quod idem de tubo optico diei potest. [Quar]tum. In hoc systemate nulla tempestatum variatio fieret.

(23) Resp[ondunt] Copernicani et

[Pri]mum illatum negant, quando totus iste magnus orbis, quem terra motu annuo describit, puncti instar respectu caeli stelliferi sit, unde sit, ut axis telluris sensibiliter parallelus cum axe mundi semper remaneat.

Ad [secun]dum. Minus profecto iam distantiam hanc incredibilem esse, si respiciatur celeritas illa in systemate Tychonico, qua firmamentum stellaeque ferrentur, ceterum neque desunt argumenta, quae etsi evidentiam faciant nullam, insignem tamen verosimilitudinem addunt. Nam cum Saturni a nobis distantia, e sententia communi, ut minimum tercentis miliarium millionibus definiatur, a quo non modo stellae fixae occultari deprehensae sunt, verum et telescopia, quae apparentem Saturni discum ducentis vicibus augebant, stellas fixas minuerint potius, quam auxerint, dempto scilicet lumine spurio, ut habetur in Mem[oria] Acad[emiae] 1717. Saturno utique longe remotiores erunt, ita ut peritorum calculo sirius a tellure 43 700, vicibus amplius atque sol distare debeat, prout libro cit. ad 1720. legere est.

Ad [ter]tium. Ex ipsa puteorum constitutione responsum reddunt, cum enim hi nimium profundi non sint, angulus hominis in iis consistentis visorios longe plus de caeli circumferentia complectitur, quam quae responder illi arcui, quem terra ictu oculi emeritur, inde ictu oculi stella eripi nequit.

Ad [quar]tum. Solitas tempestatum vicissitudines inde repetunt, quod tellus circa solem ita moveatur, ut ipsius axis cum axe mundi

parallelus constanter sit, cum enim aliam et aliam partem solis radiis obvertet, quod in T.2. fig.2. quoniam sphaera armillaris Copernicana deest, qua licet, exprimimus; sit planum eclipticae ABCD, in cuius centro sol S. qui quia aestate in Cancro videtur, erit terra T in Capricorno, cuius axis axi mundi parallelus adeoque ad planum orbis magni inclinacos; itaque fiet, ut radius e centro solis cadat in tropicum gg, quod tempus aestivum nobis est, quoniam ad nos solis radius propius accedere nequit, contra sit tellus in cancro, sol videbitur in Capricorno at solis radius incidet in bb, ubi quoniam a nobis remotissime cadit, hiems erit. Denique seu in Libram seu in Arietem tellus perveniat, radius solis centrum telluris in FF attinget et vernum autumnaleve tempus erit. Ex hoc inaequalitatem dierum etiam observabis, si tellurem sic illuminatam circumagi perpendas.

(24) Obj[ectiva] argumenta a physica petita:

[Pri]mo. Infimus locus, qualis centrum universi reputatur, debetur corpori gravissimo, sed terra, qua est corpus sole et planetis gravius, ergo in centro universi locanda.

[Secun]do. Si terra ab occasu in ortum moveretur, nubes, aves ceteraque in sublimi aere pendentia viderentur nobis continuo, non secus ac astra tendere in occidentem. Domus, arbores procerae, torres corruere deberent atque cum terrae motus sit circa suum axem et simul velocissimus, quae terrae affixa non sunt, in auras eiici oporteret, velut a rota lutum eiicitur nosque si non ipsum terrae motum, ventum certe ab ortu in occasum potentissimum observare oporteret.

[Ter]tio. Si terra moveretur, gravia sursum proiecta perpendiculariter non deciderent ad locum, ex quo proiecta sunt, quoniam illud telluris punctum interea subduceretur, item globus explosus in occasum longius propelleretur, quam si ad eandem distantiam exploderetur in

ortum ac iste fortius in scopum impingeret, ac ille, quod p[ater] Riccio-  
lus Almag[esto] nov[o] l. 9, sect[io] 4, c. 20. pluribus probat: denique in  
septemtrionem, aut meridiem eiectus bombardam globum scopum minus  
feriret, quam in orientem, cum ob arcum interea descriptum ictu ob-  
liquo non recto peteret scopum, cuius tamen bombardarii peritissimi  
conscii non sunt et hoc p[ater] Grimaldi argumentum loco mox citato  
c. 21. late proponitur.

(25) Re[sponsio] ad [pri]mum. Communiter hoc argumento nihil  
evinci, quando incertum omnino, quis e globis totalibus, seu planetis  
altero gravior, quodsi autem tellus etiam gravitate sua planetarum que-  
mlibet superare concedatur, pro terra adhucdum in centro universi fir-  
manda nullum inde robur accedit, siquidem nullus planeta seu in alium  
niti, seu altero altior, nisi respectu nostri aut depressior dici posse ad-  
mittatur.

Quod ad reliqua opposita attinet, ea cum cl[arissimo] patre  
Tacquet Astron[omia] l. 8. c. 3. num. 7. hoc solo statuto evertunt, quod  
motus terrae communis sit etiam atmosphaerae. Quemadmodum enim  
rotae non modo partes centro vicinae, sed extimae etiam motu uno  
eodemque tempore circumaguntur, haud aliter tellus et atmosphaera  
aequabiliter uniformiterque circumvolvuntur, quod ipsos Tychonicos  
de motu solis aliorumque planetarum fateri oportet. Unde cum unus  
e duobus moribus et globo et scopo communis sit, liquet celeritatem  
percussionemque a proprio solummodo globi motu promanare, quod,  
ut pleraque alia, insigni a navigantibus paritate illustratur, nam et hic  
eadem vi in proram e puppi et ex hac in illam feretur pila, etsi navis  
progrediatur. Unde neque terrae motum, neque venti impulsus, neque  
procerorum corporum ruinam observare nos necesse est. Sed neque,  
quae terrae affixa non sunt, excuti possunt, quando ipse aer illa motu

cum terra aequabili defert, ipsum porro aerem, quae causa in terram  
premit, eadem omnino, ne ab hac abeat, impedit.

Motus hic terrae denique seu diurnus, sive annuus omnino non  
officit, quo minus corpora gravia ad perpendicularum decidant, quando  
praeterquam motu communi, ab aetherea etiam substantia directione  
perpendiculari versus terram urgentur. Id verum est, quod si recte atque  
ut est res, cuncta pensemus, motus illi non tam reipsa, quam ad speciem  
et respectu nostri recti perpendicularesque sunt, re autem vera curvi et  
inflexi, motu nempe composito curvam describunt lineam, quemadmo-  
dum motus lapidis in navi e malo demissi, navigantibus rectos, in littore  
spectantibus curvus apparet at qui e horizontali navis gravitatisque per-  
pendiculari consurgit.

(26) Obj[ectivos] demum quosdam e sacris literis, qui terrae motum  
omnem negare videntur, textus: Eccl. c. 1. v. 5. Terra in aeternum stat. Ps.  
c. 3. v. 5. qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur  
in saeculum saeculi. Hi contra Soli motum attribuunt. Josue c. 10. v.  
12. Sol contra Gabaon ne moveare et luna contra vallem Ajalon stete-  
runtque sol et luna. Et post paulo: stetit iisque sol in medio caeli et non  
festinavit occumbere. Isaiae c. 38. v. 8. reversus est sol decem lineis per  
gradus, quos descenderat. Eccl. 1. v. 5 oritur sol et occidit et in locum  
suum revertitur, ibique renascens gyrat per meridiem, quibus non pauci  
eruditorum eo adducti sunt, ut systema hoc Scripturae auctoritati con-  
trarium reiicerent omnino.

At Copernicani et huic argumento ita respondisse videntur, at non  
minus Divinarum Scripturarum reverentes, quam eruditos Philosophos  
esse se probeat. Nam hos similesque textos non sensu literali et physi-  
co, sed sensu populari, optico et quoad apparentiam intelligi oportere  
aiunt, quod solemne Scripturis Sacris est, exemplum huius sit textus

ille Gen. 1, v. 16., ubi luna luminare magnum dicitur, cum tamen nec propria luce fulgeat et astra inter minimum penesit. Hoc Muratorius l. 1 de Moderamine ingeniorum pluribus ostendit, Scripturam sensui communi ibi phrases suas accomodare, ubi seu fidei seu moribus adversum nil est, praesertim si ratione hac veritas quaequam commodius exponatur, ad quod confirmandum D[ivi] Augustini de actis contra Felicem Manich[eum] l.1, c. 10 testimonio utuntur dicentis: non legitur in Evangelio Dominum dixisse: mitto vobis Paraclytum, qui vos doceat de cursu solis et luna, Christianos enim facere volebat, non Mathematicos. (27) Ceterum, si e Scriptura pugnandum est etiam neque allatorum textuum congrua deficit expositio, neque textus alii, quibus Tychnicum, nescio an non aequè fortiter impugnetur systema. Nam quod terra stare ab Ecclesiaste dicatur, id non pro continua quiete, verum pro immutabilitate eius at Gassendus l. 3. de Instit[utionibus] Astron[omicis] c. 10. exponit, intelligendum esse ea, qui praemittuntur docent, nempe: generatio praeterit et generatio advenit, terra autem in aeternum stat. Quo sensu alter etiam textus exponendus videtur, cum adsint alii, quibus motus terrae, si literalis sensu accipiantur, probetur, sic Jobi c. 9. v. 6. de Deo dicitur: qui commovet terram de loco suo, et Ps. 113 v. 7 a facie Domini mota est terra.

Solem vero mandato Josue a motu prohibitum haud ita difficile, ut putatur, in systemate etiam Copernicano asserere est. Sunt etenim, qui a moto vertiginis soli attributo planetas adeoque tellurem circumagi existiment, quo pacto necessum utique fuit, ut motu vertiginis solis impedito tellus sistat diesque producat. Illud vero, stetit itaque sol in medio coeli, cum sub occasum res contigisse ab interpretibus probabilius putetur, apud Copernicanos difficultatis nihil habet, ut qui in centro universi solem reponunt, non parum vero apud Tychnicos, nisi coeli

medium ubique esse afferant, quo casu superflua locatio illa videri posset. Ex quibus omnibus inefficax esse argumentum, quod hic s sacriliteris petitur. Copernicani aiunt, idque magnus etiam Petavius in Dogmatibus suis Theologicis agnoscere videtur, ut proinde nihil sit, cur systema hoc cum plerisque physicis et mathematicis sustineri saltem per modum hypothesis nequeat.

**Základy prírodnej filozofie, druhá časť alebo Špeciálna fyzika, pre poslucháčov napísal Anton Revický zo Spoločnosti Ježišovej, doktor filozofie a riadny verejný profesor na Univerzite v Trnave.**

V Trnave, v akademickej tlačiarni Spoločnosti Ježišovej, roku 1758.

## Úvod

Nasledujúc syntetickú metódu, po tom, ako sme vo všeobecnosti preskúmali prírodné teleso<sup>6</sup> a vysvetlili v takej miere, ako sa dalo, jeho prvotné, ako aj druhotné vlastnosti, čo bolo predmetom všeobecnej fyziky, sa dostávame k skúmaniu telesa v konkrétnej prechádzame k špecifickej fyzike. Doteraz sme stanovili princípy, na ktorých sa zakladá učenie o akejkoľvek konkrétnej telesnej povahe, a pripravili sme cestu k poznaniu jednotlivých javov, teraz sa budeme držať vopred naznačenej cesty pri skúmaní konkrétnych prípadov. Táto oblasť fyziky, odvodená z týchto konkrétnych predmetov, si získala dôležité postavenie nielen z toho dôvodu, že je rovnako významná ako všeobecná fyzika, ale aj preto, že už neanalyzuje veci len v hrubých rysoch, ale podrobne skúma účinky a vlastnosti každej prírodnej veci, a tým priamo prispieva k rozvoju a zdokonaľovaniu umení, ktoré sú pre spoločné blaho štátu mimoriadne potrebné. Uvedomujeme si, že pre filozofa je samotný život príliš krátky na to, aby obsiahol celé široké pole tejto vedy, a nemáme v úmysle rozoberať všetko do detailov. Našou úlohou bude,

<sup>6</sup> *Corpus naturale* – v rámci filozofických a vedeckých textov (napr. z obdobia baroka či scholastiky) tento termín odkazuje na fyzické alebo hmotné teleso, ktoré je predmetom skúmania prírodnej filozofie alebo fyziky.

keďže naši predkovia už rozdelili všetky veci do jednotlivých kapitol, aby poskytli istý základ a otvorili cestu k hlbšiemu skúmaniu tým, ktorí sa budú v budúcnosti možno intenzívnejšie zaoberať skúmaním prírody, aby sme ich my teraz v postupnosti a metóde, ktorú sme doteraz sledovali, dôkladne spracovali.

Táto fyzika zahŕňa mnohé oblasti, z ktorých hlavné sú: kozmológia, ktorú sme, podľa príkladu niektorých autorov, priradili k metafyzike, hvezdárstvo, stehiológia<sup>7</sup>, mineralógia, meteorológia, fyziológia rastlín (fytológia), zoológia a nakoniec antropológia. Pokúsime sa tieto oblasti stručne spracovať, pokiaľ to náročnosť témy dovoľí. Uvedené poradie však nebudeme striktné dodržiavať – namiesto toho ich rozdelíme do piatich dišput, pričom zahrnieme všetko, čo je užitočné, poučné či zaujímavé.

Prvá dišputa sa bude venovať uranológii<sup>8</sup>, druhá sa sústreďí na časť stehiológie, konkrétne na Zem a vodu spolu s ich javmi, pričom sem patrí aj mineralógia. Tretia dišputa bude zameraná na ďalšiu časť stehiológie – na oheň a vzduch, ktoré patria do meteorológie. Štvrtá sa bude zaoberať fytológiou a hlavnými poznatkami o rastlinách.

<sup>7</sup> Stehiológia je starší termín z filozofie a prírodných vied. Používal sa na označenie štúdia základných prvkov a princípov, z ktorých sa skladajú všetky veci v prírode. Pochádza z gréckeho slova *stoicheion*, čo znamená „prvok“ alebo „základná časť“. Stehiológia sa zaoberala analýzou a kategorizáciou základných častíc a elementov, z ktorých sa podľa dobových predstáv skladá svet, podobne ako moderná chémia skúma základné chemické prvky.

<sup>8</sup> Uranológia je starší pojem, ktorý označuje štúdium nebeských telies a astronómii všeobecne, najmä z hľadiska pozorovania a popisu objektov na nočnej oblohe. Pochádza z gréckeho slova *ouranos*, čo znamená „nebo“, a *logia*, čo znamená „veda“ alebo „štúdium“. Uranológia sa teda doslovne prekladá ako „veda o nebesiach“ alebo „štúdium neba“. V minulosti sa tento termín používal na opis popisnej astronómie, ktorá sa zaoberala klasifikáciou a charakteristikami hviezd, planét, komét a ďalších nebeských telies, ako aj mapovaním ich polôh na nebeskej sfére. Okrem toho uranológia zahŕňala aj mytologické a symbolické významy spojené s oblohou a hviezdami. Dnes by sme uranológiu mohli považovať za časť astronómie, najmä za jej popisnú a pozorovaciu zložku. Tento pojem sa však už bežne nepoužíva a nahradil ho všeobecnejší termín astronómia. V ďalšom texte budeme aj my v prípade latinského *uranologia* používať pojem astronómia.

Nakoniec piatou dišputou pokryjeme poznatky z oblasti zoológie a antropológie. Vo všetkých týchto častiach budeme pamätať, že sme fyzici, nie matematici, a naším cieľom je podať výklad tak, aby bol prístupný aj začiatočníkom.

## PRVÁ DIŠPUTA

### Astronómia

Astronómia je oblasť fyziky, ktorá sa zaoberá vysvetľovaním povahy, vlastností, síl a pohybov nebeských telies, ako aj telies nachádzajúcich sa vo vesmíre, pričom sa zároveň zaoberá skúmaním príčin pohybov, ich zmien a javov, ktoré z nich vyplývajú. Na správne usporiadanie týchto otázok a ich zrozumiteľné vysvetlenie je predovšetkým potrebné, aby sme najskôr preskúmali polohu a vzájomné usporiadanie nebeských telies, pričom zohľadníme názory a hypotézy rôznych autorov. Hoci mnohí autori uprednostňujú zaradiť kozmológiu pred astronómiu a venovať sa jej podrobne, my, ktorí sme už takmer celú náuku o svete (s výnimkou samotných systémov) rozpracovali v metafyzike, sme tieto otázky ponechali na túto dišputu. Považujeme totiž za úlohu astronómie preskúmať a definovať samotnú polohu nebeských telies. V prvej časti tejto dišputy sa preto budeme zaoberať pravdivosťou rôznych systémov a v druhej časti sa sústreďíme na povahu vesmíru a vesmírnych telies.

## Prvá časť

### Svetové systémy

#### 1. článok

#### Predbežné pojmy

Na tomto mieste poskytneme základné pojmy a termíny, aby ďalšie vysvetľovanie javov nebolo prerušené ich definovaním. Toto sú hlavné pojmy, ktoré sa často používajú: stálice<sup>9</sup> sú tie nebeské telesá, ktoré si navzájom voči sebe zachovávajú stálu vzdialenosť, zatiaľ čo bludice<sup>10</sup>, čiže planéty, menia túto vzdialenosť pohybom po zakrivenej dráhe, ktorá sa vracia do seba. V dôsledku toho sa niekedy planéty približujú a inokedy vzdalujú; táto dráha sa nazýva planetárna orbita. Orbita môže byť sústredná (koncentrická) so Slnkom alebo Zemou v tom prípade, ak je centrum Slnka alebo Zeme zároveň jej centrom, v opačnom prípade sa nazýva excentrická. Napríklad v tab.1, obr. 2, elipsa AB má centrum v bode C a ohnisko v bode F, preto je táto orbita excentrická voči Slnku

<sup>9</sup> *Stellae fixae* – tzv. stálica, v historickom kontexte tento pojem označoval hviezdy na oblohe, ktoré sa javili ako nehybné voči ostatným nebeským telesám, napríklad planétam.

<sup>10</sup> *Stellae errantes* – tzv. bludica, tento termín sa v starovekej a stredovekej astronómii používal na označenie planét, ktoré sa pohybovali na oblohe inak ako stálice (*stellae fixae*). Na rozdiel od stálic, ktoré zdanlivo zostávali na svojich pozíciách voči ostatným hviezdám, „blúdiace hviezdy“ sa pohybovali a menili svoje polohy voči hviezdny pozadiam. Dnes vieme, že tieto „blúdiace hviezdy“ sú planéty našej slnečnej sústavy, ako napríklad Merkúr, Venuša, Mars, Jupiter a Saturn, ktoré boli viditeľné voľným okom.



a excentricita sa meria vzdialenosťou FC. Afélium<sup>11</sup> (A) je bod na orbite, v ktorom je planéta najvzdialenejšia od Slnka, zatiaľ čo perihélium (P) je bod, v ktorom je najbližšie. Ak uvažujeme o vzdialenosti planéty od Zeme, najvzdialenejší bod sa nazýva apogeum a najbližší perigeum. Tieto body sa súhrnne nazývajú apsidy; najvzdialenejšia sa označuje ako najvyššia apsida (*apsis summa*) a najbližšia ako najnižšia apsida (*apsis ima*). Čiara, ktorá ich spája, sa nazýva priamkou apsid.

Konjunkcia planét<sup>12</sup>, nazývaná aj ich synodou, nastáva vtedy, keď sú dve planéty viditeľné v tom istom znamení zvieratníka<sup>13</sup>. Opozícia, naopak, nastáva, keď sú planéty viditeľné v opačných znameniach a sú umiestnené priamo oproti sebe. Konjunkcia aj opozícia sa súhrnne nazývajú syzygiami. Ak sa planéta pohybuje v poradí znamení zvieratníka, teda od Barana k Býkovi potom k Blížencom atď., tento pohyb sa nazýva priamy. Naopak, ak sa pohybuje proti poradiu znamení, teda od Býka k Baranovi, od Barana k Rybám atď., nazýva sa retrográdny. Planéta je stacionárna, keď po dlhší čas zostáva v tom istom znamení. Zo všetkých planét sú Slnko a Mesiac vždy v priamom pohybe a nikdy nie

<sup>11</sup> *Aphelium* – slov. afélium označuje bod na obežnej dráhe planéty alebo iného objektu obiehajúceho okolo Slnka, v ktorom je tento objekt najvzdialenejší od Slnka. Slovo *aphelium* pochádza z gréckych slov *apo* (ďaleko) a *helios* (Slnko). Opačným bodom na obežnej dráhe je *perihélium*, v ktorom je objekt najbližšie k Slnku. V aféliu sa objekt pohybuje najpomalšie, pretože gravitačná príťažlivosť Slnka je v tejto vzdialenosti najslabšia. Tento jav môže vyplývať už z Keplerových zákonov pohybu planét, ktoré popisujú vzťah medzi vzdialenosťou od Slnka a rýchlosťou pohybu planét na eliptických dráhach, avšak až Newton presne popísal, o aký jav ide, a nazval ho moderným a dnes bežne používaným termínom – gravitačnou silou.

<sup>12</sup> Konjunkcia planét je astronomický jav, pri ktorom sa dve alebo viac planét nachádzajú veľmi blízko seba na oblohe z pohľadu pozorovateľa zo Zeme. Tento jav nastáva, keď sú planéty v rovnakej ekliptikálnej dĺžke, teda zdanlivo „zarovnané“ na oblohe. Planéty sa vtedy javia veľmi blízko pri sebe, hoci v skutočnosti sú od seba vzdialené. Konjunkcie planét môžu zahŕňať kombinácie dvoch planét alebo planéty a iného objektu, ako je Slnko alebo Mesiac. Konjunkcia Slnka a Mesiaca sa nazýva nov, keď Mesiac nie je viditeľný na nočnej oblohe. Konjunkcie sú populárne medzi amatérskymi aj profesionálnymi astronómami, pretože poskytujú zaujímavý pohľad na oblohe, keď sa objekty zdanlivo približujú k sebe.

<sup>13</sup> Zvieratník (zastaráv. zverokruh) – pás oblohy pozdĺž zdanlivej dráhy Slnka rozdelený na dvanásť súhvezdí pomenovaných zväčša podľa názvov zvierat.

sú stacionárne ani retrográdne. Ostatné planéty však niekedy prechádzajú z priameho pohybu do stacionárneho, potom do retrográdneho, a opäť sa vracajú do stacionárneho stavu.

(2) Ďalej hviezda zodpovedá rôznym bodom na oblohe, ak sa pozoruje buď zo stredu Zeme, alebo z jej povrchu. Napríklad v tab.1, obr. 2, planéta nachádzajúca sa v bode B sa pozorovateľovi na povrchu Zeme v bode A javí ako umiestnená v bode b, ktorý sa nazýva optické alebo zdanlivé miesto. Naopak, pozorovateľ zo stredu Zeme v bode C vidí planétu v bode a, ktorý sa nazýva skutočné alebo fyzikálne miesto. Oblúk medzi týmito bodmi, ktorý vyjadruje vzdialenosť medzi miestami, sa nazýva paralaxa. Vzdialenosť skutočného miesta od zenitu V určuje uhol VTa, zatiaľ čo vzdialenosť optického miesta určuje uhol VAB. Rozdiel medzi týmito uhlami meria uhol ABF alebo jeho doplnkový uhol pri vrchole. Keďže vonkajší uhol A sa rovná súčtu vnútorných uhlov T a B, ak od uhla A odčítame uhol T, zostane uhol B, ktorý sa preto nazýva paralaktický uhol. Ak podľa tab. 1, obr. 3, zdanlivé miesto hviezdy C na horizontálnej čiare je bod D, jej skutočné miesto bude v bode G a oblúk medzi bodmi G a D bude predstavovať paralaxu. Ak je hviezda vyššie, napríklad v bode M, jej zdanlivé miesto bude v bode H, skutočné miesto v bode O, a paralaxa bude oblúk OH, ktorý je menší ako predchádzajúci. Z toho vyplýva, že paralaxa hviezdy sa vždy znižuje, čím vyššie sa nachádza, pričom je maximálna na horizonte a nulová na vertikálnej čiare A, pretože línia zo stredu Zeme sa zhoduje s líniou z povrchu.

Podobne je paralaxa vždy menšia, čím je hviezda vzdialenejšia od Zeme. Napríklad paralaxa hviezdy E je oblúk DE. Z toho vyplýva, že ak je vzdialenosť hviezdy od Zeme veľmi veľká, paralaxa je prakticky nepozorovateľná. Matematici rozlišujú ešte niekoľko ďalších druhov

paralaxy, ktoré však majú len malý význam pre fyzikálne skúmanie. Preto tieto ďalšie pojmy vynechávame, ale ak by sa ich použitie ukázalo ako potrebné, vysvetlíme ich.

## 2. článok

### Vysvetlenie javov

(3) Keď hovoríme o systéme, myslíme tým usporiadanie a zloženie vesmíru a jeho častí prispôbené nebeským pohybom a javom, ktoré boli zistené presnými pozorovaniami počas mnohých storočí. Preto sme sa rozhodli najprv uviesť tieto poznatky, aby sme lepšie porozumeli vysvetleniu a zachovaniu poriadku prírody v súlade s názormi rôznych autorov.

Nasledujú hlavné javy:

1. Všetky hviezdy sa pohybujú okolo Zeme alebo sa aspoň zdá, že sa tak pohybujú.
2. Okrem spoločného denného pohybu, pri ktorom sa hviezdy pohybujú od východu na západ za 24 hodín, majú aj vlastný periodický pohyb od západu na východ s rôznou rýchlosťou. Saturn dokončí svoj obeh za 30 rokov, Jupiter za 12 rokov, Mars za 2 roky, Slnko za rok, Venuša za 8 mesiacov, Merkúr za 3 mesiace a Mesiac za jeden mesiac; stálice, podľa výpočtov astronómov, potrebujú približne 25 920 rokov.
3. Každá planéta môže byť stacionárna, v priamom pohybe alebo retrográdna.
4. Planéta môže byť niekedy bližšie, niekedy ďalej od Zeme, v peri-geu alebo apogeu.

5. Podnebie a jeho zmeny sa nelíšia všade rovnakým spôsobom: dĺžka dní a nocí sa líši podľa zemepisnej polohy.

Tieto javy sú isté; ostatné, ktoré nie sú všeobecne prijímané, tu vynecháme a spomenieme ich v príslušných častiach.

Filozofi sa už oddávna zaoberali týmito otázkami a skúmali rôzne cesty, ako racionálne vysvetliť pohyby nebeských telies. Z týchto úvah vzišli tri najznámejšie systémy, do ktorých možno zaradiť aj ostatné. Tieto systémy uvedieme v rovnakom počte článkov. Netreba však predpokladať, že tieto systémy plne riešia všetky ťažkosti, pretože ich úplné pochopenie nám zostáva vzdialené vinou obrovskej vzdialenosti hviezd. Ako pripomína posvätný text z Knihy Jób (kapitola 38), ktorý akoby zosmiešňoval ľudské úsilie poznať poriadok nebies: „Či poznáš poriadok nebies a určíš ich zákony na zemi?“ Preto sa žiadny z týchto systémov nedá obhajovať ako úplná pravda. Naším cieľom bude predložiť základy a ťažkosti každého systému a ukázať, že nielen Tycho<sup>14</sup> systém, ktorý niektorí uprednostňujú, ale aj Kopernikov systém, možno prijať aspoň ako hypotézu, ktorá je obhájitelná.

<sup>14</sup> Tycho Brahe (1546 – 1601) bol významný dánsky astronóm a šľachtic, známy svojimi presnými astronomickými pozorovaniami a snahou o reformu chápania slnečnej sústavy. Narodil sa v šľachtickej rodine a už od mladosti ho fascinovala astronómia. V 16. storočí vybudoval slávne observatóriá Uraniborg a Stjerneborg na ostrove Ven (starší názov Hven) v Baltickom mori, kde uskutočnil jedny z najpresnejších pozorovaní oblohy pred vynálezom ďalekohľadu. Tycho Brahe bol známy svojím heliogeocentrickým systémom, ktorý kombinoval prvky geocentrizmu a heliocentrizmu. V tomto modeli stála Zem pevne v strede vesmíru, zatiaľ čo Slnko a Mesiac obiehali okolo nej, pričom ostatné planéty obiehali okolo Slnka. Tento systém mal byť kompromisom medzi Kopernikovým heliocentrizmom a tradičným geocentrizmom Ptolemaiovho modelu.

### 3. článok

#### Ptolemaiovský systém

(4) Claudius Ptolemaios<sup>15</sup>, filozof z Alexandrie, pochádzajúci z kráľovského rodu Ptolemaiovcov, sa v 2. storočí po Kristovi preslávil svojimi znalosťami najmä v astronómii a geografii. Jeho meno je spojené s jedným zo systémov usporiadania vesmíru. Tento systém nevynašiel on sám, ale obnovil a rozvinul poznatky, ktoré objavili starí Gréci a ktoré boli v nasledujúcich storočiach zanedbané. Nielenže tento systém uchránil pred zabudnutím, ale ho aj náležite usporiadal, doplnil a zdokonalil do takej miery, že v matematických a filozofických školách prevládal až do 16. storočia<sup>16</sup>.

Podľa starých učencov, ako uvádza slávny Riccioli<sup>17</sup> v diele *Nový Almagest* (*Almagestum novum*, kniha 1, kapitola 9, časť 3), Pytagoras<sup>18</sup> považoval Zem za nehybnú a umiestnil nad ňu nebesá vo forme

<sup>15</sup> Claudius Ptolemaios, známy aj ako Ptolemaios (asi 100 – 170), bol grécko-rímsky astronóm, geograf a matematik, ktorého dielo malo významný vplyv na vedecké poznanie v stredoveku aj renesancii. Narodil sa a pôsobil v Alexandrii v Egypte, ktorá bola v tom čase dôležitým centrom vedy a učenosti. Podľa novších výskumov nemal kráľovský pôvod, resp. nepochádzal z dynastie Ptolemaiovcov.

<sup>16</sup> Ptolemaiov systém bol zneplatnený až objavom fáz Venuše v roku 1610. Čiže správne má byť 17. storočie.

<sup>17</sup> Giovanni Battista Riccioli (1598 – 1671) bol taliansky jezuita, astronóm a matematik. Je známy najmä svojimi astronomickými prácami a ako autor diela *Nový Almagest*, rozsiahlej astronomickej encyklopédie, ktorá obsahovala množstvo presných pozorovaní hviezd a planét, ako aj podrobný prehľad astronomických teórií tej doby. V tomto diele tiež uviedol dôkazy pre a proti heliocentrickému systému, ktorý v tom čase ešte nebol všeobecne prijatý. Na ich základe sa postavil proti heliocentrickej myšlienke. Riccioli spolupracoval s Francescom Mariom Grimaldim a prispel aj k výskumu fyziky a optiky. Práca Riccioliho a Grimaldiho zahŕňala napríklad výskum gravitácie, pričom ich pozorovania podporili počiatočné myšlienky o sile gravitácie, ktoré neskôr rozvinul Isaac Newton. Dôležitú úlohu zohrali aj v selenografii, keďže súčasné mesačné názvoslovie z veľkej časti pochádza práve z názvoslovia uvedeného v Riccioliho *Novom Almageste*.

<sup>18</sup> Pytagoras (asi 570 – 495 pred Kr.) bol staroveký grécky filozof, matematik a zakladateľ filozoficko-náboženského hnutia známeho ako pytagoreizmus. Preslávil sa najmä v matematike tzv. Pytagorovou vetou a pravdepodobne sa domnieval, že vesmír je usporiadaný podľa matematických princípov, čo ho viedlo k myšlienke „harmónie sfér“.

sústredných kruhov: najprv dráhu Mesiaca, potom Merkúra, Venuše, Slnka, Marsu, Jupitera, Saturna a nakoniec firmamentum<sup>19</sup>, teda nebo so stálicami. Napriek tomu Stanley<sup>20</sup> vo svojej *Histórii filozofie* (časť 8, disciplína pytagorovcov, kapitola 6) tvrdí, že Pytagoras a jeho nasledovníci umiestnili do stredu sveta oheň<sup>21</sup>. Po ňom považovali Zem za nehybnú, umiestnenú v strede medzi sústrednými sférami Archimedes<sup>22</sup> v Macrobiovej knihe<sup>23</sup> *O sne Scipionovom* (kniha 1, kapitola 2), Cicero<sup>24</sup> v tomto *Sne*, Plinius<sup>25</sup> v *Prírodovede* (*Historia naturalis*, kniha 2) a dokonca aj básnici zastávali názor, že Zem stojí pevne na mieste, čo

